quinto die oratorium ingressus, viaticum quod ipse consecrauerat accepit, et post hec extensis inter discipulorum manus sacris membris iiii. kal. febr. spiritum celo reddidit. Cuius corpus discipuli in sarcofago sancti eucharii cum laude recondiderunt.

De sancto materno

Post decessum sancti valerii beatus maternus pontificalem suscipiens apicem cepit per ciuitates et regiones veram fidem constanter predicare, cunctos ad viam salutis assidua monitione prouocare, magnis virtutibus crescens, signis ac miraculis longe lateque clarescens. Tungrenses et colonienses ad fidem christi conuertit. Et his tribus ciuitatibus pontificali iure presedit. In quibus singulis fertur paschali die diuinum officium celebrasse. Hic etsi quamuis esset vir magne auctoritatis et prudentie, in omnibus tamen non suam sed christi gloriam quesiuit. Quamquam inter cetera sanctarum virtutum exercitia, mitissimus existens consolabatur afflictos: pauit ex hiis que habebat egenos, vestiuit nudos: captiuos liberauit, suscepit peregrinos, errantibus viam salutis ostendit, desperantibus spem venie consequende promisit clementer. Huius igitur atque aliis bonorum operum fultus studiis, ad summam ac laudabilem senectutem peruenit, et sicut [illegible] vixerat in sepulcro, ita etiam tunc eodem [illegible] mansit in sacerdotali habitu ministerio. Cum autem quadam nocte orationum labore deuictus in ecclesia apud coloniam paululum obdormiuit, Apparuerunt ei per visionem sancti eucharius et valerius sacerdotalibus infulis choruscantes: coronas singulas odoriferis floribus mirabili arte intextas in capitibus gestantes: sicque ei certum demonstrantes et dicentes. Ecce materne sicut olim est promissum, ita adest dies dormitionis tue. visitandi gratia ad te venimus. Nunc autem gaude et letare, quia die tercia ex hoc seculo migrabis, et ad domini tui gaudia introibis. Ecce corona tua que tibi a christo per nos famulos suos est destinata. Maternus igitur quod sibi ostensum fuerat referens fratribus, cepit eos studiose de fidei integritate monere: ac per totum diem eis salutaria monita dare non cessauit, usque ad octauam horam noctis subsequentis sermonem hortatorium protrahens: reliquum quoque noctis in psalmis et ymnis cum fratribus peregit. Instante vero die, peruenit dies festi clara nox cunctis

qui in ipsa cellula erant audientibus dicens. Materne dilecte dei veni. Qui mox ad assuetam vocem communionem dominica sacramenti accepit, statimque sanctam animam exalauit. Anno domini c. xxviii. ydus septembris. Cuius obitu treuerenses cognito, mox coloniam profecti pastorem suum repetentes aderant, et tungrenses qui sibi cum coloniensibus eum sibi retinere satagebant. Certatum est igitur diu ab utrisque. Treuerensibus venientibus quidam senex in vrbe apparuit monens eos ut a lite desistentes suis parerent consiliis, et corpus pontificis in nauim ponentes, deinde a litore fluctibus impellentes quo vellet abire sinerent. Mirantes. Mox ut angelus consuluerat factum est. Stantis sacerdotis nauicula corpore nullo se regente in aduerso angelico remigio contra fluctus dirigitur, et parue spacio miliario confecto, qui ex tunc a coloniensium rodez tunc vocatus est, litori applicatus est. Tunc treuerenses corpus sui pontificis a deo sibi destinatum cum debita gratiarum actione suscipientes treueri reuexerunt, et in ecclesia non longe a corporibus sanctorum eucharii et valerii honorifice sepelierunt.

De ortu sancte marie

Vir erat in israel nomine ioachim de tribu iuda, et hic erat pastor ouium suarum, timens deum in simplicitate et bonitate. cui cura nulla erat alia nisi gregum suorum, de quorum vsu pascebat omnes quos poterat deum timentes, offerens munera in timore domini in agnis, in lanis et in omnibus rebus suis quecumque ante possidere videbantur. ex his tres partes faciebat. vnam partem dabat viduis, orphanis, peregrinis et aliis pauperibus. Alteram in templo domini deseruientibus. Terciam vero sibi et domui sue reseruabat. Hec illo faciente multiplicabat deus gregem ipsius, ita ut non esset illi homo similis in populo israel. Hec autem inchoauit a xv. anno etatis sue. Qui cum esset annorum viginti accepit annam filiam achar uxorem de tribu sua, id est de tribu iuda, ex genere dauid. cum qua moratus per annos viginti filios non suscepit ex ea. Factum est autem in diebus festis ut inter eos qui offerebant incensum domino, staret ioachim portans munera sua in conspectu domini. et accedens ad eum scriba templi domini nomine ruben ait ad eum. Non licet tibi inter sacrificia domini consistere, quia non tibi benedixit deus ut daret tibi germen

in israel. Passus itaque verecundiam in conspectu populi recessit a templo plorans et non est reversus in domum suam. sed abiit ad pecora sua. et duxit secum pastores inter montes in longinquam terram. ita ut quinque mensibus de eo quicquam audire potuisset anna uxor sua. Que die quadam flebat in oratione sua et dicebat. Domine deus israel fortissime. quia filios non dedisti michi. virum meum quare abstulisti michi. Ecce enim quinque menses transierunt. et virum meum non video. et utrum vivat an mortuus sit nescio. ut saltem sepulturam eius fecissem. et dum nimis fleret ingressa in pomerium domus sue. cadens in orationem suam. preces domino fundere cepit. Post hec surgens ab oratione. elevans quoque oculos vidit nidum passeris in arbore lauri et emisit vocem dicens. Domine deus omnipotens qui omni creature donasti filios. bestiis. iumentis. serpentibus. piscibus volucribus ut gaudeant super germine suo. tibi soli gratias ago quia ut voluisti ita ordinasti. ut me solam a tue benignitatis munere excluderes. Tu enim domine nosti cor meum. quia ab initio coniugii mei hoc devovi. ut si tu domine dedisses michi filium aut filiam obtulissem tibi in templo sancto tuo. Et dum hec diceret subito ante faciem eius apparuit angelus domini dicens ei. Noli timere anna. quia in consilio dei est germen tuum. Et quod ex te natum fuerit. erit in admiratione omnibus seculis usque in finem. Et cum hec dixisset ab oculis eius elapsus est. Illa autem tremens et pavens. quia talem vidisset visionem et talem audisset sermonem. ingressa est cubiculum suum. et iactavit se in lectulum suum quasi mortua. et per totum diem et noctem in tremore nimio permansit et oratione. Post hec vocavit ad se puellam suam et dixit ad eam. Vidisti me viduitate deceptam et in angustia positam. et tu ne ingredi ad me voluisti. Tunc illa cum murmure et indignatione respondit. Si conclusit deus uterum tuum. et virum tuum abstulit a te. quid ad hec factura sum. et hec audiens anna emittens vocem cum clamore flebat. In ipso autem tempore apparuit quidam iuvenis inter montes ubi ioachim pascebat gregem suum. et dixit ad eum quare non reverteris ad annam uxorem tuam. et dixit ioachim. per viginti annos habui eam. Nunc vero quia noluit deus dare michi ex ea filios. et cum verecundia de templo exprobratus exivi. ut quid revertar ad eam semel abiectus et deceptus. Hic ero cum ovibus meis quamdiu voluerit me deus vivere. Per manus autem puerorum meorum pauperibus viduis advenis. colentibus que deum partes suas libenter

restituam. Et cum hec dixisset. respondit ille iuvenis dicens Angelus dei ego sum. qui apparui uxori tue flenti et oranti et consolatus sum eam. Quam scias ex semine tuo concepisse filiam. quod tu nesciens reliquisti eam. Hec in templo dei erit. et spiritus sanctus requiescet in ea. Et erit beatitudo eius super omnes sanctas feminas. ita ut nullus possit dicere quod fuerit talis antea. aliqua et postea numquam erit ventura ei similis in hac terra. Propter quod descende de monte et revertere ad coniugem tuam. et invenies eam habentem in utero. De quo gratias refers deo. Semen eius erit benedictum. et ipsa erit benedicta. et mater eterne benedictionis constituetur. Adorans autem angelum ioachim dixit ei. Si inveni gratiam coram te. sede modicum in tabernaculo meo et accipe benedictionem meam. et benedic me servum tuum Et dixit angelus. Noli dicere servum tuum. sed conservum Unius enim domini servi sumus. Cibus autem meus est invisibilis. et potus meus ab omnibus mortalibus videri non potest. Et ideo non debes tu me hic rogare ut intrem in tabernaculum tuum. vel accipiam benedictionem tuam. Sed si quid es michi daturus. offer in holocaustum domino. Tunc ioachim accepit agnum immaculatum. et dixit ad angelum. Ecce ausus non essem offerre domino holocaustum. nisi tua iussio dedisset michi pontificium offerendi. Et dixit angelus. Nec ego te ad offerendum invitarem. nisi domini voluntatem cognoscerem. Factum est autem cum offerret deo sacrificium simul cum odore sacrificii. angelus domini perrexit ad celos. Tunc ioachim cecidit in faciem suam. et iacuit ab hora diei sexta usque ad vesperam. Venientes pueri eius et mercenarii nescientes quid esset causa. expaverunt et putantes quod se ipse vellet interficere. accesserunt ad eum. et vix elevaverunt eum a terra. Qui cum enarrasset quod vidisset. stupore nimio et admiratione compulsi hortabantur eum ut sine mora visionem angeli perficeret atque velociter ad suam coniugem remearet. Cumque hec ioachim in animo suo discuteret si reverti deberet an non factum est ut sopori dedit se. et ecce angelus qui apparuerat ei vigilanti. apparuit ei dormienti dicens. Ego sum angelus qui a deo datus sum tibi custos. descende securus. et revertere ad annam uxorem tuam. quia misericordias quas fecisti tu et uxor tua in conspectu altissimi recitate sunt. et tale vobis datum est germen quale numquam ab initio. neque prophete neque sancti qui fuerunt ante habuerunt nec habituri sunt. Et factum est cum evigilasset ioachim a sompno vocavit ad se gregarios suos. et indicavit eis sompnium suum. At illi adoraverunt dominum. et dixerunt ad ioachim. Vide ne ultra contempnas angelum dei. sed surge et proficiscamur

[illegible]

[illegible] [illegible]
[illegible] sterilis ego [illegible]
exhibitionem [illegible] Hanc nam ego [illegible] offerre [illegible]
[illegible] non potui [illegible] pluribus temporibus meis [illegible]
[illegible] de altari dos a me et de templo [illegible]
[illegible] Erat autem beata maria in admiratione [illegible]
Que cum esset trium annorum ita maturo gressu [illegible]
bat et perfectissime in lege dei meditabatur et omnes
[illegible] insistebat [illegible] ut [illegible] verum [illegible]
[illegible] [illegible] videbatur ut [illegible]
[illegible] post [illegible] [illegible] lux [illegible]
dio non erat facienda [illegible] et mulieres alie [illegible]
[illegible] ipsa [illegible] non poterant [illegible]
[illegible] tenera decennii [illegible]
Sic autem regulam ipsa sibi statuerat ut a mane
[illegible] orationibus [illegible] ad [illegible]
[illegible] ad nonam [illegible]
[illegible] oratione non recedebat usque dum illi angelus
appareret de manu cuius escam accipiebat et [illegible]
[illegible] in timore dei proficiebat. Denique cum
[illegible] virginibus in dei laudibus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] inveniretur [illegible] sapientia [illegible]
[illegible] humilitate humilior in carminibus davidicis ele-
gantior in caritate gratiosior in puritate pu-
rior in omni virtute perfectior. Erat enim constans et immobilis
perseverans et [illegible] Nemo [illegible] vidit
[illegible] maledicentem umquam audivit. Omnis sermo
eius erat gratia plenus ut cognosceretur in lingua eius
deus. Semper in oratione et scrutatione legis dei per-
manebat. Erat autem sollicita circa socias suas ne
aliqua peccaret vel in uno sermone ne [illegible] in ri-
su suo exaltaret ne aliqua in iniuria aut superbia cir-
ca parem suam offensa existeret. Sine intermissione
benedicebat deum et ne forte in salutatione sua [illegible]
gratias reddebat. Denique [illegible]
resalutarat [illegible] deo gratias [illegible] Escam
autem quam de manu angeli accipiebat [illegible]
tum reficiebatur escam vero quam a pontificibus conse-
quebatur pauperibus dividebat [illegible]
[illegible] si quis eam [illegible] infirmitatibus [illegible]
[illegible] eadem hora revertebatur [illegible]
Abiathar sacerdos obtulit infinita munera [illegible]
dotibus ut acciperet eam filio suo tradendam [illegible]
Prohibebat autem eos beata maria dicens [illegible]
ut ego cognoscam virum aut vir [illegible]

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Inches
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black